



1673.

Lueneckerus, Nicolaus Christophorus : De praecedentia
marium juridica proae foeminais.

1674.

Syllm, Nicolaus : De singulari matrum jure

1675.

1. Mylius, Johann Jonas : De reusatione judicis
suspecti

2. Stranckius, Johannes : De rapina

3. Thilen, Nicol. : De pactis.

1676.

1. Dale, Zacharius, vna : De subscriptionibus principi
pura.

2. Uben, Sebastian Wenemarus : De emptoribus

3. Thilenus, Nicol. : De creatione bonorum

1677

1. Hallowit, Johannes Casparus : De privilegiato presentium
testamento inter liberos.

1677.

2. Züsler, Johannes Philippus: De reservatis Imperatoris
Romani. Germanici semper Augusti.

3. Schroeter, Johann Wilhelm: De usu sortium, tum
licito, tum illicito

1678

1. Boerner, Johannes Georgius: De salario advocatorum

2. Dollé, Franciscus: De individuate pignoris.

3. Holle, Albertus: De praestationibus recipiendis

4. Hoyer, Henr. Eberhard: Disputatio inang. juris Dea,
qua occasione l. 3 C. si min. si maj. dixer. : minorem
si majorem adserentem et jurantem: -- publico
examinari submittit.

5. Her, J. Christianus: De gradibus academicis

6. 16 Hornacher, Johann: De jure circa funda-
ratione temporis observando. 2 Sumpt.

7. Kulpis, Fr. Georgius: De jure statutum imperii
circa legationes.

8. Reinold, Philippus Georgius: De jure coloni partiarum

9. Vegesack, Cordus Gustavus: De periculo pretii
ad l. 5 ff. de nautico foenore.

10. Wilhelmi, Johann Casparus: De homicidio

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]



1747. 7. 1678, 10 9. 22
DISPUTATIONEM JURIDI-
CAM INAUGURALEM

DE

HOMICIDIO,

PRÆSIDE

SOLO DEO,

EX INDULTU

ILLVSTRIS ICTORVM OR-
DINIS GRATIOSO,

IN

CELEBERRIMA CATTORUM GIESSENA

PRO

LICENTIA

*Summos in utroque Jure Doctoratus Honores & privile-
gia ritè ac legitime capessendi,*

SOLENNI PROCERUM ACADEMICORUM
CENSURÆ

IN AVGVSTO ICTORVM AVDITORIO

Ad Diem XVII. Decembr.

submitis

JOHANNES CASPARVS

WILHELMI,

ISENNACO - THURINGUS.

Anno Christianæ Salutis


cl. l. c. LXXVIII.

G I E S S A E

Ex Chalcographæo KARGERIANO, M DC LXXVIII.



SERENISSIMÆ
ET
CELSISSIMÆ
PRINCIPI AC DOMINAE,
DN. ELISABETHAE
DOROTHEÆ,
LANDGRAVIÆ HASSIÆ,
NATÆ
DVCI SAXONIÆ,
JULIÆ, CLIVIÆ,
ET MONT:
PRINCIPI HERSFELDIÆ,
LANDGRAVIÆ THURINGIÆ,
MARCHIONI MISNIÆ,
PRINCIPI COMITATUS HENNEBERGICI,
COMITI CATTIMELIBOCI,
DECIÆ, ZIEGENHAINÆ,
NIDDÆ, SCHAUMBURGI,
YSENBURGI, BUDINGÆ,
MARCÆ & RAVENSBURGI,
DOMINÆ IN RAVENSTEINIO.
VIDUÆ, TUTRICI, HASSIÆ RECTRICI
GLORIOSISSIMÆ.
PRINCIPI AC DOMINAE SVAE
CLEMENTISSIMÆ.



SERENISSIMO

ET

CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DN. ERNESTO
LUDOVICO,

LANDGRAVIO HASSIÆ,

PRINCIPI HERSFELDIAE,

COMITI CATTIMELIBOCI,

DECIAE, ZIEGENHAINÆ,

NIDDÆ, SCHAUMBURGI,

YSENBURGI, BUDINGÆ.

REGIMINIS HASSIACI GLORIOSISSIMI

HÆREDI FELICISSIMO.

PRINCIPI AC DOMINO SVO

CLEMENTISSIMO.

VITAM PROLIXAM,
REGIMEN TRANQUILLUM,
FELICITATEM PERENNEM,
VOVET, APPRECATUR,
AC
INSIMUL
IN
FIDEI. OBSEQUII, ET HUMILIMÆ SUBJECTIONIS
SIGNUM.
SUI, SUORUMQUE STUDIORUM
COMMENDATIONEM.

DISPUTATIONEM HANC
INAUGURALEM

SUMMA CUM SUBMISSIONE.

OFFERT,
DEDICAT,
CONSECRAT.

Subiectissimus

JOH. CASP. WILHELMI,
Mennaco-Thuringus.

¶ (I) ¶

I. N. J.

PRAELOQVIUM.

HOMO HOMINI LUPUS,
est tritum & per compita veriloquium. Ecquæ enim bellua in suum vel alienum ita se viunt genus, ut irationis (sane an insana nescio) participes homines inter sese bachantur. Non leo, non aper tantâ fertur in hostes ferociâ, quantâ homines, humanâ licet figurâ, lupinâ tamen mente instructi de offuciis sapissimè digladiantur. Ad docet quotidiana rerum magistra, quàm per versè ac dolosè proximus proximo suo in ultimâ hâc mundi fece sapissimè struat insidias, ut ipsum funditus perdat, mutuis cõflictationibus ac verberibus excipiat atq; occidat, ita, ut vix ullum inter mortales frequentius crimen inveniri possit HOMICIDIO. Et quamvis neminem ex frequentissimâ pœnarum, delicta concomitantium, inflictione latere possit, quàm acerbâ sit delictorum & imprimis HOMICIDII messis, nihilominus tamen tam cæca & per versa est hominum natura, ut semper nitatur in veritum, cupiatq; negata.

Nonne ipse Deus statim Magistratui tam in Veteri quàm Novo Testamento seriò præcepit, ut in hominum malitiam inquireret, ac HOMICIDAS morte mulceteret. Quicumq; enim effuderit sanguinem humanum, illius ut effundatur sanguis, est divinum Majestatis æternæ mandatum. Genes. 9. v. 6. quod non solummodò LL. Duarum Tabb. sed & Digestis Veteris Levit. 24. v. 17. Deut. 19. v. 12. & Codice Novi Testamenti Matth. 5. v. 21. & c. 26. v. 52. Apocalyps. 13. v. 10. confirmatum, & à jure humano, quod eadem fulgura evibrat, eademque fulmina in communis securitatis violatores ejaculat, huc usq; traductum est. §. ult. l. de Iud. publ. l. 3. §. 3. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Const. Crim. Carol. P. art. 137. tt. Xtr. de Homicid. Non

A

ergò

ergo sine ratione crimen hoc ab interpretibus Iuris dicitur
atrox, horribile & detestabile. Anton. Gomez. Variar. resol.
tom. 3. c. 3. in pr. Farin. l. 4. tit. 14. in Pr. Crim. quest. 119. n. 1.
Quid enim quæso horribilius? quàm hominem ad DEL ima-
ginem conditum occidere? d. t. xtr. c. 2. quid detestabilius aut
gravius, quàm sibi natura similem trucidare? Roland. Con-
sil. 12. n. 20. sqq. vol. 3. quid atrocius, quàm Rempubl. cuius in-
terest, refertas esse liberis hominibus civitates l. 2. C. in f. de
indict. viduit. toll. l. 1. ff. solut. matrim. hominibus privare?
Cum enim cognationem quandam inter homines constituit
natura, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse,
optimè ac sapientissimè Florentinus ait in l. 3. ff. de l. & l. Grot.
in Explic. Decal. ad voc. non occides. Vnde nec dubitandum
est, quin gratum sit Domino sacrificium, cum Magistratus
gladio, quem ab eo accepit, viram sanguineum & dolosum
mactat, uti Corasius loquitur lib. 5. Miscell. cap. 23. Naturalis
enim dicitur ratio, ut, quod quisq; alteri fecerit, ipse patiatur
l. 2. & per it. ff. Quod quisque Iuris in al. c. cum omnes. 6. xtr.
de Constit. Indignantur igitur canones, insurgant leges, ar-
mentur jura gladio ultore l. 31. C. ad L. Iul. de Adult. Divella-
tur homicida ab altari, Exod. 21. v. 14. & quod fecit, semper
expectet juxta text. in l. 3. C. de Episcop. Aud.

Verum enim verò cum in arduo hocce negotio non de
glande legenda, neque de stillicidio, lanâ caprinâ aut bovis
corio Dn. Richter p. 5. Consil. 8. n. 28. sed de ipso capite, vitâ &
sanguine hominis, nobilissima omnium creatura, ad DEL
imaginem condita, quam CHRISTVS IESVS, Servator no-
ster pretiosissimo suo sanguine in arâ crucis redemit, agatur,
meritò etiam judici prospiciendum est, ne ad infligendas pœ-
nas temerè prosiliat, sed prudenter, cautè ac circumspectè pro-
cedat. Rectè Pontifex c. 3. de Elect. & Elect. potest. in 6. Vbi
periculum magis intenditur, ibi procul dubio plenius consu-
len-

3
lendum & cautius agendum est. Hinc Ælianus lib. 14. Va-
riar. Histor. c. 43. refert, BERNICEN maritum suum PTO-
LOMAEV M, Regem Ægypti graviter oburgasse, quòd
inter alea lusum de capitalibus causis cognosceret, quâ Vxor is
sua admonitione Regem adeò delectatum ferunt, ut nunquam
deinde ad tesserarum lusum de vita & capite hominis tra-
ctarit.

Hac itaque mecum perpendens hanc de HOMICIDIO
materiam utilissimam, valdè necessariam, & in foro hocce,
præsertim perditò ac per verso nostro seculo, frequentissimam,
more Academico pro impetrandâ sumos in utroq; Jure
assumendi Honores Doctorales licentiâ, quantum tem-
poris angustia & ingenii vires permiserunt, explicandâ, publico-
que ac solenni Præ-Nobil. Dnn. Profess. Examinì subjiciē-
dâ in presentiarum selegi, eamq; in tres partes distribuere atq;
pertractare mecum constitui, quarum Prima in genere Ho-
miciidum ut perpetrandum; Secunda ut perpetratum ra-
tione effectûs & pœnæ considerat; Tertia verò, qui vel
plane à pœna propter commissum homicidium excu-
santur, vel extràordinariè & arbitrariè tantum plectuntur,
exhibet. Te autem, Candide Lector, enixè rogitò, si materiã
pro dignitate ipsius non tracta vero, ut veniam concedas, &
aqui bonique consulas. Interim cum nihil felici gaudeat pro-
gressu, nisi cui divina opis auxilium subsidiatur, & teste sa-
cratissimo Imperatore nostro IVSTINIANO in l. 1. & 2. C. de
Offic. Præf. Præf. Afric. in nomine Domini nostri IESV CHRI-
STI ad omnia consilia omnesq; actus feliciter progrediamur,
Novel. 30. TE TRI-VNE DEVS, qui fons & origo omnium
bonarum artium atque sic & justitiæ es, quâ præter TE nil
majus existit Nov. 164. devoto pectore serioque imploro, huic
labori auxilio tuo annuere, adesse & præesse ne dedigneris!

P A R S I.

In quâ HOMICIDIUM ut perpetrandum in
genere consideratur.

C A P. I.

De

Definitione tam Nominali, quam Reali.



Homicidium, ut hinc exordiar, ab homine & cædere dictum est, quasi hominis cædes *l. ita vulneratus. §. 1. in pr. ff. ad L. Aquil. l. 16. ff. ad L. Corn. de Sic. ibiq. Wesenbec. in paratit. n. 5. minus rectè autem derivatur ab homine & verbo cado, cadis, uti tradiderunt Bonif. de Veralin. in tr. malefic. Rubr. de Homicid. n. 1. & Hostiens in summ. ejusd. eod. t. in pr.*

§. 2. Latini Cædem *l. 1. §. 3. in fin. & l. nihil interest. 15. & l. 16. ff. l. 5. C. ad L. Corn. de Sic. Prae-Nobiliss. Dn. D. Mollenbec. & Cius & Professor in hac Illustri LUDOVICIANA famigeratissimus, Praceptor ac Patronus meus ætatem colendiss. in suis Divis. Jurid. cent. 3. divis. 78. lit. a. Item Exanimationem, Internecionem & Interfectionem hominis vocant.*

§. 3. Græcis dicitur *ἀνδροφονία, ἀνδρονόμια, ἀνδρονεκρία.* Germani verò ab ipsa naturâ vocabuli Homicidij paulisper discedere videntur, his verbis *Ein Todschlag / etne Entleibung / eum rectius & convenientius tum secundum Latinos tum Græcos pronunciaretur addito vocabulo Mensch / ut ein Menschen Todschlag / ein Menschen Entleibung.* Et hæc de definitione nominali.

§. 4. Rea-

§. 4. Realiter ita describitur: Homicidium est crimen publicum, quo homo, cujuscunque ætatis, sexus, conditionis, dolo seu à sciente & volente occiditur *l. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 23. §. 9. ff. ad L. Aquil. Magnif. Dn. Struv. in Syntagm. I. Civ. Exerc. 49. n. 5.*

C A P. II.
De
DIVISIONE.

§. 1. **H**omicidium esse varium nemo inficias ibit, omiffa illa divisione, quâ latè sumtum homicidium pro omni scilicet motu iniquo ad nocendum proximo suo *arg. c. omnis. 25. c. homicidium. 28. de Pœnitent. distinct. 1. in SPIRITUALE & CORPORALE* dividitur, est vel *VERUM*, vel *QUASI*.

§. 2. *Homicidium* verum dicitur, cum homo re ipsa ab homine occiditur, per tradita *Vultej. in Jurispr. Rom. lib. 1. c. 48.*

§. 3. **QUASI HOMICIDIUM** magis ex affectu æstimatur, quàm re ipsa, veluti si quis hominis occidendi causâ cum telo ambulaverit *§. 5. I. de publ. jud. l. 1. pr. ff. ad L. Corn. de sic. vel hominem animo occidendi vulneraverit d. l. 1. §. 3. vel venenum hominis necandi causa fecerit, vendiderit vel habuerit l. 3. pr. ff. d. t.* Item si Magistratus operam dederit, quo quis falsum judicium profiteretur, in hoc ut innocens condemneretur, aut aliud quid contra hominis necem fecerit, quod legibus permiffum non sit. *d. l. 1. §. 1. ff. l. 4. in pr. ff. d. t. vel si quis dolo malo falsum testimonium dixerit, quo quis publico judicio rei capitalis damnaretur. d. l. 1. §. 1. & l. 3. §. 4. ff. d. t. Illustris Dn. Strauchius ꝑctorum facile Princeps & alma hujus Academia Pro-Cancellarius perpetuus, Preceptor, Promotor ac Patronus meus omni devotione ac reverentia nunquam non intermoriturâ prosequendus, ad jus Justin: Dissert. 29. Aphor. VII. Præ-Nobiliss: Dn. D. Mollenbec. l. c. lit. B.*

§. 4. Porro homicidium est vel *Voluntarium* & dolosum seu deliberatum *Ein fürsegllicher Todtschlag* quod ex *αποπέσει*,
A 3 animo

animo & proposito occidendi, & sic liberâ voluntate & dolo malo committitur. *d. l. 1. §. 3. l. penult ff. d. i. Vel*

§. 5. *Necessarium seu coactum homicidium* Ein abgeuöhtigter Todtschlag est, quod sine dolo & quodammodo coactè ob vitæ, corporis, honoris facultatumque defensionem, aut aliam quamcûque legitimam causam committitur. *Wesenb. in parat. ff. ad L. Corn. de sic. n. 25. Gail. lib. 2. Obs. 110. n. 9.* Sui enim defensio omni jure conceditur *l. 3. ff. d. j. §. 4 ff. ad L. Aquil. Const. Crim. Carol. V. art. 140.* servato tamen moderamine in culpa tutelex, i. e. cum sui defensione æquabili & remotâ ab omni culpâ *l. 1. C. Und. Vi. Treurl. 1. disp. 18. th. 7. lit. C.* & defensio fiat in continenti *l. 3. §. 9. l. 17. ff. de vi & vi armat. Gail. lib. 1. de P. P. c. 16. n. 12.* & insultatus fuga sibi consulere nequeat. *§. 2. l. ad L. Aquil. Præ-Nobiliss. Dn. D. Mollenb. l. c. divis. 79. lit. A.*

§. 6. *Vel Non coactum*, quod iterum est *vel Culposum vel Casuale. Culposum* Eine Entleibung oder Todtschlag so auß Seilheit oder Ohnvorsichtigkeit/wieder des Thäters Willen geschlehet/ cum quis, non quidem animo occidendi, culpâ tamen interveniente vel præcedente aliquem interficit, dando videlicet operam rei illicitæ, quæ ad eum casum & eventum tendit, vel verisimiliter tendere potest, vel reillicitæ, non adhibendo tamen debitam diligentiam, utpote, cum quis propè viam publicam arbores putet, ramumque projiciat non proclamans, ex quo præteriens occiditur *l. 1. ff. de his qui dejec. l. 7. ff. ad L. Corn. de sic. Præ-Nobiliss. Dn. D. Mollenb. l. c. divis. 80. lit. B.*

§. 7. *Casuale* Ein ohngefährlicher Todtschlag est, quod quis inconsultò, fortuitò & sic citra animum occidendi committit *l. 5. §. 3. ff. §. l. 1. l. eum qui §. C. ad L. Corn. de sic. Dn. D. Mollenb. l. c. divis. 79. lit. c. Pultej. l. c.*

§. 8. Aliud autem est *vel merè casuale*, cum forte fortuna citra ullam culpam quis aliquid facit ex quo cædes hominis seu homicidium sequatur, veluti si quis in loco exercitationibus destinato prætereuntem ex improvviso jaculis necaverit *§. 3. & 4. Inst. de l. Aquil. Dn. D. Mollenb. l. c. divis. 80. lit. a.*

§. 9. Aliud *Non merè casuale*, quod ab infante vel furioso *l. infans 12. ff. ad L. Corn. de sic. vel ab ebris, per tradita* *Wesenb. in parat.*

parat. n. 21. ff. vel à mentis perturbatione affectis committitur.

§. 10. Summa autem homicidij divisio est, quod sit vel *Voluntarium* vel *Involuntarium*. Nullum enim homicidium dari potest, quod nō ad alterutrū horum generum referri queat. *Voluntarium* seu dolosum quid sit, supra §. 4. diximus. *Committitur* autem vel *directè* & *immediatè*, vel *indirectè* & *mediatè*.

§. 11. *Directè* homicidium perpetratur, quando quis ipse *directò*, non per alium, non tantum hominem manu occidit, sed & *veneficio* & *maleficio* vitā privat.

§. 12. *Præprimis* autem huc pertinet *Latrocinium* *der Strassen-Raub* quod est homicidium lueri & spoliū causā commissum, *juxta Magnif. Dn. D. Struvium S. 7. C. Exercit. 49. th. 5. 6* licet quis nihil lucratus fuerit. *D. Carpzov pr. crim. part. 1. q. 223 num. 47.* Qui ad latrocinium etiam refert, si quis aliquem occidat, ut cum vidua matrimonium inire possit *num. 52. l. c.* Non a. intelligimus hūc latrocinium simplex, quando nimirum quis furtim & vi suis citra mortem spoliatur bonis, sed illud latrocinium, quo quis latenter & furtim per vim suis non tantum spoliatur bonis, sed insuper etiam trucidatur atque exanimatur, vel saltem animo occidendi invaditur, tam in viā publicā quā extra illam, & talis delinquens dicitur *latro*. Olim latrones dicebantur, milites conducti à *λαγρεύω*, in servio, qui mercede serviebant, & circa latera esse solebant, quos nunc satellites vocamus, qui Principis alicujus latus tuentur. Per abusum nobis hodiè *latro* dicitur obfessor viarum, qui per vim furatur *ein Strassen-Räuber*, quod satellites vel milites sæpè illos, quos custodire atque tueri debebant, ipsi interficiebant.

§. 13. *Veneficium* autem est, quo quis venena mala vel absolutè prohibita necandi causā vendit, tradit, tractat vel propinat *l. 1. §. 1. l. 3. ff. ad L. Corn. de Sic.* Plus autem est hominem veneno extinguere, quā gladio interficere *d. l. 3. ff. & l. 1. C. de Malef. l. 5. §. fin. de Scto Syllan.* dictum est *veneficium* quasi *venenificium* à *venis*, quod venenum summa celeritate omnes transeat venas.

§. 14. *Maleficio* (specialissime h. l. consideratum) est, si quis *sufarris magicis* hominem necaverit §. 5. *Inst. de Publ. Ind.*
dictum

dictum à malè & facio, quod talis, qui Deum abnegando, & diabolo se consecrando ac mancipando susurris magicis homines occidit, tam malè fecerit, ut pejus facere non potuisset.

§. 15. *Indirectè* seu *mediatè* committitur homicidium, quando quis per alium *mediatè* hominem interfici procurat, ve ejus interfectioni dolo malo causam dat, quod committitur *vel solo mandato & tunc dicitur verbale*: Vel certa mercede alicui constitutâ i. e. pecunia interveniente, & tunc salutatus *Assassinium* quod est homicidium ad alterius mandatum acceptâ aut promissâ aliquâ remuneratione commissum. *Dn. D. Struvius l. c. thes. 57.*

§. 16. Cum *Assassinio* aliqualem habet *affinitatem Latrocinium*: Utrumque enim *lucris causa* fit, inter se autem differunt, quod qui *assassinium* committit, alterius *instinctu & mandato* agat, & sic respectu *assassinatoris* sive *mandantis & conducentis* *mediatè & indirectè* occidat; Qui verò *latrocinium* committit, non alterius sed suo proprio *instinctu* agat, & sic *directè & immediatè* hominem interficiat.

§. 17. *Mediatum* seu *indirectum*, ut & *immediatum* seu *directum* homicidium est *vel simplex, vel qualificatum*. *Simplex* est, quando homo occisus nullo consanguinitatis gradu occidenti *conjunctus* est. *Qualificatum* verò, quando occisus occilori sanguine *junctus*: Veluti *Parentes, fratres, sorores & alii consanguinei*, & vocatur *Parricidium*, delinquens autem *Parricida*.

§. 18. *Parricidium* primùm à *pari & cædo* dictum est, quando *par parem, i. e. homo hominem* (quia omnes homines naturâ pares sunt) occidebat, dicebatur *parricida*. Postea cum *vulgare cæpisset*, ut homo hominem occideret, *parricidii* vox ad summæ impietatis *significationem* deflexa est, ut ille tantùm & propriè *parricida* dicatur, qui *patrem vel parentem* interfecisset. *Parricidium* igitur *dictum* est homicidium in *parentes* commissum, quasi *Patricidium* seu *Parenticidium*. *Parentum* autem appellatione non modò *pater*, sed & omnes superiores comprehenduntur *l. 4. §. 2. ff. de in Jus voc. l. 10. §. 7. ff. de Grad. & affin. l. 2. §. 2. ff. Qui satisd. cog. l. 1. §. ult. de Postul. l. 51. ff. de V. S.* Quando autem

autem Parricida etiam nominatur ille, qui fratrem, sororem & reliquos connumeratos in *l. i. ff. ad L. Pomp. de Parricid.* occidit, videlicet per ampliationem vocabuli, quanquam singuli in communi *Dd. Scholâ* sua habent vocabula singula, ut *Fratricida, Sororicida, Uxorica* &c.

§. 19. Huc etiam refero *Propricidium*, quando quis sui ipsius homicida fit, quod *Græci* *ἑαυτοκτενία* vocant. Cum quis sibi ipsi impias ac violentas manus inferendo aut præcipitem dando, in flumen seu puteum projiciendo, vel veneno se conficiendo vel suspendendo mortem consciscit. Quod sanè horrendum est ac detestabile crimen. Magis enim peccat, qui seipsum quàm qui alium occidit. Vid. *Dambaud. pr. crim. c. 38. n. 1.*

§. 20. *Homicidium involuntarium* est, quod fit citra inter-
ficientis animum & voluntatem. Et est vel *absolutè* tale, vel *secundum* quid; illud committitur (1) *Mentis imbecillitate & inopiâ*, & dicitur *Non casuale*. *supr. §. 9. h. cap.* (2) *Casu inopinato*, & dicitur *Casuale* *supr. §. 7. h. c.* quod iterum est vel simpliciter tale, id est, *mere casuale*, vel *culposum* cujus definitionem exhibet §. 6. h. c.

§. 21. Est autem culpa in homicidio culposo duplex, vel *propria* vel *alterius*. *Propria* iterum duplex; vel enim, ut supra §. 6. dixi, *rei licita* quis operam dat, & sua negligentia vel imperitia in causa est, ut hominis mors subsequatur; vel *rei illicita*, cui casu quodam homicidium accedit.

§. 22. *Culposum* homicidium *alterius culpâ* commissum dicitur, quando superior vel potentior aliquem metu mortis vel aliis minis, in virum fortem cadentibus, cogit, ut homicidium committat.

§. 23. Hoc sc. *secundum quid* tale est ipsum homicidium necessarium & coactum, quod nec dolo nec culpâ, sed quodammodo coactè fit ad vim ac injuriam avertendam, uti supra §. 5. h. c. dictum est.

C A P. III.

De

CAUSA EFFICIENTE.

§. 1. **C**ausa efficiens homicidii duplex est, vel *Principalis*,
B vel

vel *minusprincipalis* & *impulsiva*. Principalis est homo, qui qualitercunque dolose hominem occidit, vitam privat aut interficit, & hic respectu voluntarii homicidii nominatur Homicida.

§. 2. *Minusprincipalis* causa & *impulsiva* est dolosus occidendi animus atque voluntas: Omnes enim, qui ex *spontanea* & ex proposito seu deliberato animo mediate vel immediate hominem interficiunt, vel penes quos est spontanea ad actualem hominis caedem directa voluntas l. 16. ff. & l. 1. C. ad L. Corn. de Sic. illi sunt rei homicidii voluntarii, vocanturque proprie Sicarii, à sica brevioris gladii genere seu ferreo cultro ita appellati, teste Justin. in §. 5. l. de publ. judic.

C A P. IV.

De

OBJECTO HOMICIDII.

§. 1. **O**bjectum homicidij in genere est homo caedem patientis (unde homicidium tam pro activam quam passivam hominis caede accipi potest) cujuscunque is sit conditionis, sexus, ætatis, qui trucidatur. Nihil enim hic habetur differentiae, l. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 8. C. eod. Quod verum est quoad ipsum reatum homicidii, cujus videlicet quis indistincte reus sit, Genes. 9. v. 6. Exod. 20. v. 13. & c. 21. v. 12. d. l. 8. C. ad L. C. de Sic. Non autem quoad ipsam poenam pro hoc delicto reo imponendam, tunc enim unum alio gravius habetur homicidium.

§. 2. Intelligimus itaque tam foeminam, quam masculum, quia & illa Hominis appellatione continetur l. 1. l. 152. ff. de V. S. quicquid etiam Wesenb. in parat. ff. ad L. C. de Sic. n. 5. nec non Cujacius 6. Obs. 21. cum suis affectis in contrarium dicant. Dn. Ludvvel ad Inst. Imp. Diss. 18. th. 5. lit. c. & foemina verè homo est, Illustris ac Magnus Dn. Pro-Cancellarius Strauchius, ad Jus Justin. Dissert. 29. aph. VIII.

§. 3. Nec differentiam hic admittimus inter Christianum, Judæum & Turcam, inter adultum & infantem, inter plebeum & Nobilem: Hi enim omnes homines sunt, & ad DEI
imagi-

imāginem conditi, eademque vita à DEO omnibus data est. Omnibus inest sanguis humanus, ideoque & in omnibus ille funditur, uti admodum piè monet *Theodor. Colleg. (r. D. 7. sh. 4. lit. E.*

C A P. V.

De

HOMICIDII FORMA.

§. I. **F**orma voluntarii scilicet homicidii est, ut dolosè, scienter & volenter sive ex *ἄποαιρέσει* fiat l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sic. Involuntarij autem & quidem quoad prius, ut citra interficientis animum & voluntatem l. 1. §. 5. C. ad L. Corn. de Sic. Involuntarii verò secundum quid talis, ut ob tutelam & defensionem corporis sui fiat, nec aliter injustè insultatus mortis imminens periculum quàm interficiendo adversarium avertere aut evadere possit l. 3. ff. de f. & J. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 2. 3. 4. C. ad L. Corn. de Sic. Et tantum de Homicidio perpetrando, sequitur.

P A R S II.

In qua Homicidium ut perpetratum explicatur.

C A P. I.

De

EFFECTU HOMICIDII.

§. I. **E**ffectus homicidii voluntarii est vel Generalis, vel Specialis. Generalis consistit in ipsa *Obligatione & Actione*. Obligatio autem est vinculum juris, quo reus, id est homicida ad pœnam adstringitur: qui enim vult antecedens nempe delinquere, necesse est velit etiam consequens scilicet puniri. Et licet homicida se puniri simpliciter non velit, attamen quia scit statutam homicidii pœnam, nec ab hoc crimine sibi temperat, sed vindictæ cupiditatem exequitur, sponte sua ruit in exitium, & sic se pœna affici mavult, quam

B 2

injuriā

injuriam ei, à quo se læsum putat, remittere, docente Dn. Schrö-
tero Icto & quondam Antecessore Salano b.m. in suis animadv. ad
Suth. D. 16. aph. 5.

§. 2. *Actio est vel criminalis vel civilis.* Hæc de Jure ci-
vili est ipsa Actio L. Aquiliæ, de jure Saxonico actio illa est pro
Werigeldo Agnatis occisi mortem vindicantibus solvendo, uti
patet ex sequenti Scabin. Jenens. Responso anno 1634. mens.
Octobr. quod Dn. Richter in Cent. Reg. R. 90. n. 9. refert his
verbis: Daß zwar Inquisit mit ordentlicher Leib und Lebensstraf-
fe der freventlichen und vorsehlichen Todtschläger zuverschonen, er
wird aber neben Entrichtung eines ganzen Wehrgeldes des Ent-
leibten nechsten Freunden/wie auch der Gerichtskosten auff zehen
Jahr lang nicht ohnbillich verwiesen. Conficit autem integer
Wehrgeldus viginti Joachimicos Joach. à Beust. ad l. 3. de jure
Jur. n. 43.

§. 3. *Actio Criminalis dicitur accusatio criminis publici*
l. 4. in fin. C. de noxal. act. vel criminalis accusatio l. 3. C. de L. Aquil.
item, criminalis querimonia l. 3. §. 3. C. ubi Senat. vel Clariss. in ver-
naculâ nostrâ die petnliche Anflage vocatur, & hic nihil est aliud,
quàm criminis homicidii apud Judicem competentem ad publi-
cam vindictam & corporalem L. Cornelie pœnam reo infli-
gendam solennis delatio ac persecutio l. 9. 16. 20. C. de his qui ac-
cus. non poss. l. 3. ff. de accus.

§. 4. *Requiritur hîc præprimis Judicis competentis.*
Dupliciter autem Judex competens dicitur, vel ratione CAU-
SÆ, qui merum habet imperium seu Jurisdictionem superio-
rem l. 3. ff. de Jurisd. l. 6. ff. de Offic. Procons. vel ratione PERSONÆ
DELINQUENTIS. Nam reus non coram quovis Judice
merum imperium habente accusari potest, sed ubi reus in causa
criminali forum sortitur, accusatio instituenda est. l. 28. §. pen.
ff. de pœn. l. 2. C. de Jurisd. omn. Jud. l. 7. §. pen. & ult. ff. de accus. c. 3.
& ult. Xtr. de for. compet. Sortitur autem reus in criminalibus
causis forum triplex, scil. Forum Delicti, Domicilii & Deprehen-
sionis.

§. 5. *Indubitati juris est, quod delinquens in foro Delicti*
conveniri possit, ubi deliquit ac homicidium commisit, per text.
express.

expres. in l. 3. ff. de Offio. Presid. l. 7. §. pen. & l. ult. ff. de Accus. Novell. 69 c. 1. Joh. Zanger de Except. part. 2. c. 1. n. 22. Quemadmodum enim in civilibus forum domicilij, ita in criminalibus forum delicti omnia alia superat fora. Tiber. Decian. in tr. crim. lib. 4. c. 18. n. 9.

§. 6. Alterum forum competens est *forum Domicilii* scilicet habitationis, in quo quæcunque actiones civiles & criminales in rem & in personam rectè instituuntur *l. 7. §. 10. ff. de Interd. & releg. l. 2. c. de Jurisd. omn. Jud. Zanger de Except. p. 2. c. 1. n. 246.* Et licet delinquens alterum alibi læserit, nihilominus tamen juxta jura allegata ibi tanquam in foro communi conveniri potest *Zang. d. l. n. 248.*

§. 7. Tertium forum est *Deprehensionis*, ubi scilicet reus seu Occisor deprehendi potest, in eo loco etiam sortitur forum, maximè si sit fugitivus & vagabundus per *l. 1. C. Ubi de crimin. agi oport. Wesenb. in parat. ff. de Judic. num. 16. Zang. l. c. num. 249.* Et hoc in casu juxta consuetudinem hodiernam Judex non est obstrictus reum isti judici, ubi crimen patratum est, remittere. Sicuti ejusmodi casum A. Cl. Ic. LXVIII. mens. Jul. in patria dulcissima memini, dum tres vagabundi latrones ob commissum in Equitum Magistro latrocinium Isennaci deprehensi, ibique non attentâ requisitione Serenissimi ac Potentissimi Electoris Saxoniz, cujus in territorio crimen patrârant, licet literas ad remittendos latrones, insimulque currum ad reos evehendos mitteret, vigore sententiæ definitivæ ultimo supplicio affecti sunt, ita, ut autor criminis rotæ supplicio, reliqui duo verò gladio plecterentur, ac postea eorum cadavera rotis imponerentur. Si verò Judex reum sponte sua seu urbanitate alteri judici remittere velit, tunc eo casu judex vindicans alteri judici remittenti literas reversales dare solet. *Andr. Rauchbar. part. 1. quest. 10. num. 15. Carpz. pr. Crim. q. 110. n. 15. seqq.*

§. 8. Requiritur porrò ad hanc actionem criminalem rectè instituendam *solennis delatio, ac persecutio* quâ Processus criminalis Ordinarius significatur, dum videlicet reus vel ab occisi hæredibus vel à publico delatore Fiscali per accusatorium libellum accusatur *l. 4. C. ad L. Jul. repetund. c. veniens Xtr. de Testib. l. 6. §. 3.*

ff. ad SCi. Turpill. l. 6. ff. de Cust. & exhib. reor. Quæ autem circa libellum hunc accusatorium & processum Ordinarium observanda, docet *Dn. Carpzov. Pr. cr. p. 3. quest. 106.*

§. 9. Multum itaque differt *Processus Criminalis Ord:* ab inquisitorio ubi scil. iudex seu Magistratus nullo existente accusatore ex officio adversus delinquentem per inquisitionis viam procedit, ei que poenam LL. definitam irrogat, ne deficiente accusatore delicta remaneant impunita *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. Wesenb. in porat. ff. de accusat. num. 3.* Eum autem in finem fit inquisitio, ut delinquens indicetur, debitâque ob commissum crimen (homicidium) postea afficiatur poenâ. Ethic processus inquisitorius non modo de generali Rom. Imp. consuetudine, sed & de Jure Civili & Canonico licitus est, per ea quæ tradit *Dn. Carpz. pr. cr. p. 3. quest. 103. n. 37. & seqq.*

CAP. II.

De P O E N A.

§. 1. **S**pecialis Homicidii voluntarij effectus consistit in ipsâ Poena, quæ est ultimum supplicium tam de Jure Divino *Genes. 9. v. 6. Exod. 21. v. 12. Levit. 24. v. 17. Matth. 26. v. 52. Apocalyps. 13. v. 10.* quàm de Jure Humano Positivo §. 5. l. de Pub. Jud. l. 3. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 9. §. 1. ad L. Pomp. de Parricid. l. 6. C. ad L. Jul. de vi Publ. Const. Cr. Carol. V. art. 137. verb. Ein jeder Mörder oder Todtschläger / wo er deshalb nicht rechtmässige Entschuldigung ausführen kan / hat das Leben verwürckt. Et hoc ultimum supplicium hodiè est poena gladij, quæ interdum pro qualitate criminis aliarumque circumstantiarum augeri, interdum etiam minui solet. *Dn. Carpz. pr. Cr. q. 1. & q. 26. n. 11.*

§. 2. Hanc poenam gladij capitalem etiam ad illud extendo homicidium, quod ex errore personæ commissum fuit, propter *l. 18. §. 3. ff. de Injur. l. 15. ff. & l. 7. C. ad L. Corn. de Sic: Sicuti quoque Dnn. Scabin: Lips. ad requisit. Quest. in Srenburg Mens. Febr. anno 1616. respond. teste Dn. Carpz. p. 1. q. 5. & Dnn. Scabin: Jenens: Mens. April. auno 1634. & Mens. Maj. anno 1638. ad Consultationem Quæst. Salfeld. pronunciarunt. Dn. Richter. in Cent. Reg. R. 26. Nisi velimus admittere distinctionem inter actum licitum & illicitum, tunc enim sc. quoad primû errans à poena gladij excusatur, per text. Const. Carol. art. 145. §. 3.*

§. 3. *Assassini* Meüchel Mörder qui mercede aut premio conducti scelus commiserunt, ob atrocitatem delicti; pecuniæ enim interventus delictum regulariter aggravat, pœnamque inde augere solet: *Bartol. in l. Non solum. §. si mandato num. 14. ff. de Injur.* itemque latrones ut & Veneficij Rei rotæ supplicio afficiuntur. *Carpz. pr. crim. p. quest. 19. n. 19.* Præ-Nobilissimus & Amplif. Dn. D. NITZSCHUIS Jctus & Antecessor hujus almæ LUDOVICIANÆ celebratissimus, & h. t. Incluz Facult: Jurid. Decanus Spectabilis, Præceptor ac Patronus meus æviternum colendissimus in Disp. inaug. de Æstimatione ex hâc Cathedrâ propositâ cap. IX. pag. 60. lit. E. & c. X. p. 68. lit. D. *Const. Cr. Car. art. 130* Wer jemand durch Gift oder Venē an Leib oder Leben beschädiget/der soll einem vergesetzten Mörder gleich mit dem Rad vom Leben zum Tode gestraffet werden/te.

§. 4. De Homicidio Voluntario simplicî ad *Qualificatum* & quidem *Parricidium* propriè dictum progressum facio, cujus pœna expressa reperitur in §. 6. *Inst. de publ. jud. l. 9. pr. ff. ad L. Pomp. de Parricid. l. un. C. de his qui Parent. vel lib. occid.* ut scilicet Parricida virgis sanguineis verberatus culeo infuatur cum cane, gallo gallinaceo, viperâ & fimiâ, & sic in vicinum amnem vel mare projiciatur, quo omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti & terra mortuo auferatur. Singulare hoc supplicium Imperatores idè excogitarunt, ut ii, quos ipsa natura in officio retinere non potest, magnitudine pœnæ ab hoc maleficio deterreantur, per tradita: *Meieri in Colleg. Arg. th. 4. ff. ad L. Pomp. de Parricid.* Hæc tamen pœna hodiè, tanquam barbarâ redolens severitatē, licèt in terrâ Saxonicâ adhuc vigere videatur à foro, quia ob cruciatûs morâ desperationis periculû subest, recessit, & parricidæ alio atq; alio ultimi supplicii genere imprimis rotâ plectuntur *Damb: pr. Cr. c. 78. n. 3. Const: Cr. Corn. art. 137.* quæ pœna nonnunquam exasperari solet, ut condemnati trahæ imponantur, per plateas & vias publicas vi quasi ad supplicij locum rapiantur, ignitis etiam forcipibus adurantur, rotâ cõtundantur, & eorum cadavera rotæ imponantur, aut in quatuor partes dissecta publicis in viis suspendantur, prout exemplum atrocissimi duorum filiorum contra parentem anno 1676.
Ment.

Mens. Febr. commissi parricidii, & die 14. Mart. ejusdem anni in-
secuta executio hic loci nos edocuit.

§. 5. *Pæna Parricidii improprie dicti* quod committitur
in collaterales & affines, fratrem, sororem, patruelem, matru-
elem, patrum, avunculum & amicum, item consobrinum & con-
sobrinam &c. est ultimum capitis supplicium, & ipsa pœna L.
Cornelia d. l. 9. §. 1. ad L. Pomp. de parricid. ibi: qui alias personas oc-
ciderint præter matrem & patrem &c. & d. §. 6. l. de publ. jud. ibi, Si
quis autem alias &c. quæ tamen itidem interdum exasperatur. Si-
cut in consobrini interfectione Dnn. Scab. Jenens. anno 1630.
Mens. Sept. pronunciarunt: Wofern erwehnter J B. auff solchem
seinen gethanen Bekentniß freywillig verharret / so wird er wegen
der an seiner Schwester Sohn begangenen und bekandten boßhaff-
ten Mordhat erstlichen auff einer hürden mit einem Pferde vor das
Thor hinauß zur Fatm. Stadt geschleiffet / also / daß ihm die Hände
so wol / als die Füße zu binden / und er auff dem Rücken ligend zu
schleppen / und folgendes mit dem Schwert vom Leben zum Tode
gerichtet.

§. 6. A parricidio transeo ad *Propricidium*, quod (ratione
pœnæ infligendæ consideratur vel ut *attentatum*, vel ut *perpetra-*
tum & consummatum. Illud attentatum scil. cùm quis citra me-
lancholiam animique impotentiam manus violentas sibi quidē
dolose intulit, sed ab hoc malo proposito per alterum impedi-
tus fuit, aut benignitate vulneris vel alio casu interveniente ad-
huc superstes existit, à pœna non est immunis l. 3. §. 6. *de bon. eor.*
qui ant: sent: l. 23 §. 5. ff. de edilit: edict. l. 12. C. de accus. Sunt quidam,
qui hoc in casu propter abominabile delictum mortis pœnâ sta-
tuunt, per l. 38. §. 12. ff. *de pœn. l. 6. §. 7. ff. de re milit.* magis tamen
placet opinio eorum, qui non mortis pœnâ, sed aliâ, arbitrio ju-
dicis pro qualitate circumstantiarum ejusmodi delinquentem
afficiendum esse asserunt. Sicut enim is pœnâ extraordinariâ
puniri solet, qui alterum tantummodò vulneravit, ita & talis de-
linquens eâdem pœnâ plectendus, quâ puniendus esset, si alterū
vulnerasset. *Klock, Tom. I. Consil. II. num. 40. Dn. Carpz. pr. cr. p. I.*
quest. 2. n. 44. ubi talis sententia: Hat sich ein Mann in euren
Ampt selbst erhenekt / und ist doch / ehe er erwürgt / abgeschnitten wor-
den,

den / so mag er darumb willkührig und nach gelegenheit der Sachen wol gestrafft werden / es were dann / daß derselbe Mann auß Schwachheit oder Berrübniß / oder andern dergleichen Zufällen / die ihm nicht auffgelegt / sich erhecket / alsdann und auff den Fall bleibt er auch billich ohn alles Entgeltuß / und möchre darumb weder peinlich noch bürgerlich gestrafft werden. **V. R. W.**

§. 7. *Perpetrati seu consummati Propricidii pœna, licet propriè quoad delinquentem nulla sit, cùm mortui nullum amplius doloris sensum, in quo formalis pœnæ ratio consistit, habeant, ut tamen viventes metu ac horrore ab ejusmodi lævitiâ in proprium corpus rectæ rationi disconvenienti, & jure Divino Genes 9. v. 5. 6. Exod. 20 v. 13. Canonico c. 23. c. si non licet. 9. q. 5. & Civili l. 1. §. 2. ff. ad l. Corn. de Sic. prohibitâ absterreantur, est denegatio honestæ sepulturæ C. 23. c. placuit. 12. q. 5. ibi, Nec cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Farin. quest. 128. n. 16. Brunnem. in Cod. de bon. eor. qui sibi mor. consc. n. 7. Insuper etiam aliter ignominiosè pro cujusque loci consuetudine tractari solent. Moribus Saxonice ea cadavera per fenestras dejecta, aut sub limine domûs extracta in locum infamem, & brutorum cadaveribus destinatum projiciuntur. Petr. Heig. lib. 2. q. 36. & 37. Carpz. pr. cr. p. 1. quest. 2. n. 30. diciturque sepultura canina, quæ per carnificem fieri solet. Schneidev. in. §. religiosum. n. 9. Inst. de rer. divis.*

§. 8. Involuntarii homicidii effectus qui sit, ex sequentibus facilè cognoscitur, properamus itaque ad partem ultimam.

P A R S III.

Continens Personas ab homicidii pœnâ vel planè immunes, vel extraordinariè & arbitrarie tantùm puniendas.

C A P. I.

De

PERSONIS, QUÆ PROPTER DEFECTUM CAUSÆ EFFICIENTIS HOMICIDII à POENA EXCUSANTUR.

C

§. 1.

§. 1.

Causæ efficientis homicidii supra p. 1. c. 3. mentionem feci, quæ est dolosus occidendi animus & spontanea ad actualem hominis cædem directa voluntas. Hinc semper in homicidio animus & voluntas spectatur l. 14. ff. ad L. Corn. de Sic. D. Richter in Cent. Reg. R. 79. n. 2. ubi autem animus & voluntas non apparet, ibi pœna ordinaria exulat l. 7. ff. ad L. Corn. de Sic. unde sequitur, *Homicidium involuntarium* vel prorsus nullâ vel mitiori coërceri pœnâ, hinc excusatur à pœna.

§. 2. INFANS, qui nescit, quid agit, & quid videt, ignorat l. 1. C. de fals. monet. Joach. à Beust ad Rubr. de Jurejur. n. 7. hinc nec homicidium juridicè sic dictum committit, nec ad illius pœnam obligatur l. 12. ff. ad L. Corn. de Sic. Gail. 2. obs. 110. n. 31. Clement. un. de homicid. sed à quavis pœnâ excusatur l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. 1. de Sepulch. violat. assertio ratio in æquitate consistit, quia delicta absque dolo nec committuntur, nec puniuntur, ubi nullus dolus, ibi nec pœna ord. locum habet, l. 1. C. ad L. Corn. de Sic. l. 33. ff. de furt. Atque Infantes non sunt doli capaces l. 33. §. 1. C. de inoff. Test. E. impunitatem quoque propter innocentiam consilii meritò habent. Carpzov. Pr. Cr. pr. 3. q. 143. n. 9. seqq. Infans autem dicitur septennis, licet vel ipsum septimum annum jam compleverit l. 1. §. 2. ff. de admin. & peric. Tut. l. 18. §. 4. pr. C. de lur. delib. l. 14. ff. de Sponsal. Joach. à Beust. ad L. Personas. de Jurejur. n. 15. Hinc teste Dn. Carpz. l. c. n. 17 Dnn. Scab. Lips. M. Aug. A. 1611. ad requisit. Quæst. Bitterfeld. Infantem septem annorum vel ipsius Sodomiz criminis atrocissimi accusatum à pœnâ absolverunt his verb. Ob nun wol M. W. sich dazu bekandt / dieweil er aber dennoch zur selben Zeit nur 7. Jahr alt gewesen / auch solche unmenschliche Unzucht mit dem Mutterpferde wegen seiner Jugend nicht vollbringen können / etc. so mag wider ihn deswegen / und so viel dieses delictum betrifft / nichts vorgeommen werden. Illi autem infantes, in quibus aliqualis malitia & doli capacitas deprehenditur, à pœnâ judiciali & legali nō omnimodò excusantur, sed pro delicti ratione vel carcere vel virgis castigari possunt Dn. Richter. Decis. 1. n. 44. Dn. Carpz. d. quæst. n. 18. sqq.

§. 3. FU-

§. 3. FURIOSUS; Sicut enim illum innocentia consilii, ita hunc fati infelicitas excusat ab omni poena, l. 12. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 14. ff. de Off. Praes. l. 9. §. ult. ff. de Leg. Pomp. de Parric. Clem. un. de Homicid. Const. cr. concl. art. 150. & 179. Gail. 2. Obs. 110. n. 20. Dn. Struv. Exerc. 48. th. 10. Afflictio enim non est addenda afflicto l. 4. §. cum autem ff. ad L. Rhod. de jact. ratio, quia in delictis non tantum exitus, sed & voluntas spectatur, quam autem furiosi non habent l. 40. ff. de R. 7. imò omni intellectu & sensu carent l. 14. ff. de Off. Praes. l. 7. l. 22. ff. Solut. matr. haud immeritò tamen, non verò ratione delicti, siquidem ab omni poena æquè ut infantes absolvuntur, per jura allegata, sed evitandi majoris mali causâ in carceribus, vinculis seu compedibus custodiri solent, sicut rectè responderunt Scabini Jenens. M. Sept. A. 1567. Wosern der Verhaffte euerem Bericht nach zur Zeit solcher Mißhandlung seiner Sinnen und Vernunfft gar beraubt gewesen / so wird er gleichwol mit der Todes. Straffe verschonet / er wird aber dargegen auff sein oder seiner Freunde Unkosten in gefänglicher Verwahrung enthalten / bis daß ihn seine Freunde von euch in ihre Verwahrung abfordern / die ihn dann fürter also zu verwahren pflichtig / damit niemand von ihm ferner beschädigt werde. B. R. W. Et assertio hæc procedit etiam in furioso legitima intervalla habente, si tempore furoris deliquerit Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. c. 375. n. 11. Non autem, si eo ipso tempore dilucidi intervalli, quo sanæ fuit mentis, homicidium commisit; tunc enim à poena ordinaria non liberatur l. 14. ff. de offic. Praes. Brunnem. ad h. l. Struv. Exerc. 48. th. 10. Gail. l. c. modò ab affirmative sufficienter probatum fuerit, & certò constare debet, illud homicidium eo momento furiosum, quo dilucidum habuit intervallum, & non furore conceptus fuit, perpetrasse.

§. 4. MELANCHOLICUS, qui itidem insipientium catalogo & quorum mens non spontaneo motu ad actum dirigitur, inserendus est. Non autem intelligo hinc tristes, morosos ac retricos illos homines qui hominũ societate averlantur, in quibus tamen ratiocinatio integra, dolus etiã, malitia ac proceresis adest, hi enim regulariter non immunes sunt à poena. Sed qui ob excessivam melancholiam ratione imperfectè utuntur, ut vel

loquantur vel agant & committant absurda, immania & crudelia, eaque omnia cum metu atque tristitia *Gadd. tr. de contr. & comm stipul. concl. 9 n. 4. & n. 106. Petr. Heig. p. 2. q. 38. n. 4.* Hi meritò Medicorum consultatione præmissâ pœnæ mitigationem merentur. *Dn. Carpzov. Pr. cr. part. 3. quest. 145. Dn. Struv. Exerc. 48. th. 10. & ex hoc capite M. Jan. A. 1658, Facult. Jurid. Helmstad. absolverunt uxoricidam, teste Hahnio ad Wesenb. ff. de Pœn. his verb: Erkennen und sprechen darauff vor Recht / die weil der gefangene N. Zeit des an seiner Frauen begangenen Todtschlags nicht bey Verstande / sondern in delirio melancholico begriffen gewesen, daß er derhalben mit keiner Straffe zu belegen / sondern der Hafft ohne Leistung geschwohrner U. p. schd. hinwieder zu erlassen. Damit er aber ihm selbst oder auch andern Leuten keinen Schaden zufügen möge / ist er von seinen nechsten Freunden mit Zuthun der Obrigkeit in seinem Hause und auff seine Kosten in Verwahrung zunehmen / und darinnen mit Ketten und Banden fleißig zu verwahren B. R. W. Quod usque adeò procedit, ut etiam ejusmodi Melancholici, si *αὐτοχρησίαν* seu proprieidum commiserint, ab omni pœna immunes potiùs commiseratione digni sint *Perez in C. de his qui sib. mort. n. 5. & ob bonam Ecclesie spem de servatâ animâ, licet corpus perierit, honestâ sepultura non privandi. Dn. Carpz. Jurispr. Cons. lib. 2. Decis. 376. & p. 4. Const. 34. def. n. 6. Damhand. pr. cr. c. 88. n. 5. Conf. D. Röber. cessionis Asaphica summarius processus in obitum Hier. Wolffii.**

§. 5. DORMIENS, hic etiam dolo caret, & quoad intellectum cum mortuo & furioso comparatur *Gail. 2. obs. 110. n. 30.* hinc non habet voluntatem peccandi, & dormientis factum potius est factum naturæ operantis, quàm hominis, quâ de causa nec delinquit, nec ad pœnam adstringitur, *Clem. un. de homicid. Ludvvel. Exerc. 18. th. 5. lit. D.* modò nesciverint, se sole-re in somnis periculosos esse aliis, tunc enim non sunt sine culpa *Illustris & Consummatissimus f. C. Dn. Pro-Cancellarius Strauchius Dissert. ult. aph. VII. Damhand. pr. cr. c. 84. n. 13.* Hinc non legimus, Salamonem Regum Sapientissimum isti meretrici, quæ noctu filium suum in somno oppresserat, ultimi supplicii pœnam dictasse *1. Reg. c. 3. v. 16. & sqq. Dn. Richt. Decis. 1. n. 185. sqq.*

§. 6. NO-

§.6. NOCTAMBULUS, Nam. & iste itidem æquè ac dormiens dolo caret, & ideò ab homicidij pœna excusatur, *Damhand. pr. cr. c. 84. num. 12* Verùm enim verò si noctambulus verè scit, se dormiendo surgere, deambulare & similia agere, nec tamen ad ea cavenda omnem adhibuit diligentiam, arma scilicet removendo, januas claudendo, sese custodiendo, imò si opus esset, se ligari ac vinciri suis præcipiendo, & alia, quibus futuro periculo consulere & avertere potest, faciendo & præcavendo, tunc tenetur de culpâ.

§.7. CASU OCCIDENS. Casus quippe parum habet voluntatis, & opponitur spontaneæ motioni. Hinc casualis occisio, ubi nulla plane causa præcessit, depēdens ab eo, cui casus imputandus est, nullâ prorsus plectitur pœnâ, neque de Jure Civili. l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 1. C. eod. l. 31. & 32. ff. ad l. Aquil. Joach à Benst ad l. 3. de jure jur. n. 43. neq; de Jure Canonico c. 9. Xtr. de Homicid. Volunt. & casual. c. si homicidium. 41. c. 23. quæst. 5. c. eum qui 46. & c. si quis 71. Dist. 50. neque De Jure Divino. Exod. 21. v. 13. Num: 35. v. 10. seqq. Deut. 19. v. 4. Jos. 20. v. 3. Homicidium enim per casum, qui humano ingnno prævideri nequit, fato potius, quàm homini imputatur l. 1. C. ad L. Corn. de Sic.

§.8. IMPUBES. Quia adhuc aliqua mentis imbecillitate & deficientia discretioris voluntatis laborat *Dn. Richt. Decis. 1. n. 42. Dn. Struv. Exerc. 6. th. 39.* præprimis si adhuc infantie proximus, hic reverà doli capax non est, nec ex delicto tenetur l. impuberum 22. ff. ad L. Corn. de fals. l. impuber: 23. ff. ibiq; gloss. de furt: l. 1. §. 32. & 33. ff. de Sct. Syllan: l. 108 ff. de R. 7. loh. Zanger de quæst. c. 1. n. 37. Verùm pubertati proximus, qui doli capax dicitur. l. III. in pr. ff. de R. l. arbitrariè punitur *Dn. Hahn. ad Wesenb. in tit. de furt. n. 15. Dn. Carpz. pr. cr. p. 3. q. 143. n. 35. Zanger. l. c. n. 36.* nisi atrocitas delicti, & malitia supplens ætatem aliud requirat, *Const. cr. Carol. V. art. 164.* quæ sanctio licèt de furto concepta sit, in aliis tamen delictis juxta communem DD. opinionem etiam locum habet Pubertati autem proximus quis dicatur, benè relinquatur arbitrio judicis discreti. *arg. l. 1. ff. de jur. deliber. Dn. Richt. Decis. 1. n. 50.*

§ 9. SENEX decrepitus & delirus, qui sensum habet puerilem & infanti comparatur, juxta proverbium: Bis pueri senes. quoniam scilicet repuerascere & in pristinam puerilitatem redire creduntur *l. 2. ff. de termin: mot. ubi pœna propter senectutem minuitur Gail. 2. Obs. 110. n. 34. Dn. Richt. part. 5. Consil. 14. n. 48.* Senes enim decrepiti potius ex mentis alienatione, quæ pœnæ mitigationis causa est, quàm dolo delinquere videntur per *c. tanta: Distinct. 86. & c. tanta. 1. quest. 7.* hinc ob doli carentiam mitiori pœna plectendi sunt *Dn. Struv. Exerc. 48. th. 10. nisi sint robusti & sapientes Pranobiliss. & Consultissimus Dn. D. NITZSCHIIUS Disp. de Estim. cap. 1X. p. 57.* Quo autem anno ista senectus incipiat, variant DD. nos etiam arbitrio judicis relinquimus.

§ 10. EBRIUS ad mentis usque alienationem talis, qui dormienti comparatur; nam & vitam edormire *Gail. 2. Obs. 110. n. 24.* mentis exilium pati *c. à crapulâ Xir. de Vita & honest. cler. & voluntatem non habere dicitur c. aliquos. 5. c. sane 7. c. 15. quest. 1.* hinc, si in immodicâ illa ebrietate homicidium commisit, mitius ac lenius puniendus est per *l. 6. §. 7. ff. de re milit: l. un. C. si quis Imp. maled. d. c. à crapula. c. in ebriaverunt 9. c. 15. quest. 1. Gail. l. c. Wesenb. in par. ff. ad L. Corn. de Sic. n. 24. Damhi pr. cr. c. 59. n. 7. Corpz. ov. pr. cr. p. 3. q. 145. n. 32. D. Struv. Exercit. 48. th. 10. Dn. Reinking. de Regim. secul. & Ecclesiast. l. 2. class. 1. c. 8. n. 32. & seqq. ubi respondet ad Receptum Imperij vulgò gute Policen Ordnung in Augspurg de anno 1530. sub tit. vom zutrincken; quæ constitutio in Reform: polit: anno 1548. & denuò repetita. in Ordinat polit: anno 1570. zu Spener sub tit: Reuterbestallung. §. 50. ubi expresse cautum reperitur, ebrios eadem pœnâ puniendos quàm sobrios, & *Gail: l. c. ad h. Recept. dicit,* hanc legem contrario usu sublatam, & potius nunquam receptam fuisse. Atque ita etiam *Dnn. Scabini Lips* ad consultat: Senat. Leinic. M. Sept. 1608. teste *Dn. Carpz. in pr. cr. q. 146. n. 42. seqq.* responderunt: *Die weil nunmehr zu finden daß der Gefangene NN. damahls wie er S. H. gestochen / und doch mit demselben sonst im Ohnguten nichts zu thun gehabt / noch sich mit ihm gezancket / dermassen bezecht un truncken gewesen / daß er sich nicht besinnen können / auch nach gethaner That sich nicht flüchtig gemacht / sondern wie er zu gefänglicher Dafft gebracht / also bald darnieder**

darnieder gefallen und eingeschlaffen/ daß man ihn nicht erwecken können/ und hernach wie ihme die begangene Entleibung vorgehalten worden/ darvon gar nichts wissen wollen/ so mag er auch vor wegen solcher an gedachtem S. Heslern. begangenen Entleibung gestaltten sachen nach am leben nicht gestraffet werden/ wird aber gleichwol mit Staupen. Schlägen des Landes ewig billich verwiesen D. R. B. Hic autem meritò observanda est distinctio inter ebrietatem modicam & immodicam, Vid. Gail: l. c. n. 27. 28. 29.

C A P. II.

De

PERSONIS, QUÆ PROPTER DEFECTUM CAUSÆ FORMALIS HOMICIDII AB ORDINARIÀ PŒNÀ EXCUSANTUR.

§. 1. **C**AUSA FORMALIS, ut suprap. l. c. §. dixi, est dolosa scienter & volenter seu ex proposito perpetrata hominis occisio, ubi illa deest, ibi etiam pœna ordinaria locum habere nequit, sed ab ordinaria pœnâ eximitur.

§. 2. OCCIDENS EX IMPROVISO Num. 35. v. 22. & 24. c. ad audientiam 12. & seqq. xtr. de Homicid. Volunt. & Casual. De homicidio casu perpetrato cap. anteced. §. 7. dixi, sed illud nulla, hoc autem aliqualis præcedit culpa, Romul. in compend. homicid. n. 299. ibi nulla, hic pro modo culpæ delinquenti aliqua irrogatur pœna Menoch. de Arbitr. Jud. c. 324. n. 12. Dn. Richt. Decis. 2. n. 3. Dn. Luduv. ad Inst. Exercit. 18. th. 5. lit. d. in fin. De jure Saxonico reus præter arbitrariam pœnam tenetur exsolvere Wergeldum Sächsisch. Land R. lib. 2. art. 38. nisi pœnâ aliquâ corporis afflictivâ punitus sit, tunc nihil dare cogitur, Dn. Carpz. pr. cr. q. 27 n. 55. Joach. à Beust. ad l. 3. de fure jur. n. 43. sq.

§. 3. ENECANS PER LASCIVIAM, qui etiam ob doli carentiam à pœna homicidii ordinariâ excusatur, l. 4. §. 1. ff. ad L. Corn. de Sic. & extraordinariè punitur l. 6. §. 7. ff. de re milit. Pra-Nobiliss. Dn. D. Nitzsch. d. Diss. Inaug. cap. X. pag. 67. lit. G. Farinac. qst. 126. n. 42. Const. cr. Carol. V. art. 146. in verb. Seilheit.

§. 4. Cr-

§. 4. Cædem faciens per IMPERITIAM & NEGLIGENTIAM, quia talis culpòsè *l. 132. ff. de R. 7.* non autem dolosè agit, & minus delinquit *l. 3. §. 9. l. 4. §. fin. l. 14. §. 1. ff. de Re milit.* hinc à pœnâ ordinariâ liberatur. Et hoc imperitiæ privilegium sicuti omnibus tam literatis, quàm illiteratis, ita etiam Medicis conducit *Schneidevv. ad §. 6. l. de L. Aquil. n. 4. Const. Cr. Carol. art. 134. verb: So ein Arzt auß Unfleiß und doch ohnvorsetzlich Jemand mit seiner Arzney tödtet/ &c.* Unde communiter concludunt DD. si Medicus, vel etiam alius, cujus curæ commissus est ægrotus, per imperitiam sine dolo peccat, aut ita negligens sit in officio, ut decumbens exinde pereat, cum arbitrio judicis extra ordinem puniendum esse, *Gail. 2. Obs. III. n. 26. Damh. pr. cr. c. 72. n. 24. & 28.* Secus est, si non per imperitiam, sed dolo occiderit ægrotum *Gail. l. c. n. 27.*

§. 5. Interficiens EX JUSTA IRACUNDIA, quâ per-motus homo non est in plenitudine intellectus, quia iratus toto animo ita conturbatur, ut rationis usu careat & loqui nesciat, unde etiam à furioso parùm distat *Gail. 2. Obs. II. n. 36. & 37.* Difficilimum enim est, justum animi dolorem temperare *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult.* hinc præsumitur, in eo abesse dolus & voluntas nocendi, ubi autem dolus & voluntas deest, ibi etiam pœna ordinaria cessat *per l. 7. ff. ad L. Corn. de Sic.* certum autem est, quod in delictis attendatur animus & voluntas, non tantùm exitus *per l. 14. ff. de Sic.* unde talis etiam pœnæ meretur mitigationem *l. 4. C. ad L. C. de adult: Dn. Ludvv. Exercit. ult. ad Inst. thes. 5. lit. d.* Sicuti Dnn: Scabini Jenesf. Rusticis, qui milites Suecicos unâ cum muliere trucidarunt, Anno 1640. ad consultationem Quæst: in Rode temporalem Relegationem dictarunt. Et *Mens. Octobr. eod. anno* ad consultationem Richter und Schöppen der M. R. Berichte zu H. pronunciarunt: Hat J. S. und M. J. der Jüngere in Gutem gestanden und bekant/ daß sie et-nen Soldaten vom Pferde gestossen/ thme dasselbe abgenommen/ und solches erstlich vertauscht/ auch 6. Fl. und ein altes Pferd dafür bekommen/ den Soldaten aber tödtlich geschlagen/ und mit seinem Messer vollends ermordet / so sind sie gestalten Sachen nach / und daß

daß sie auß einer ohnzweiblichen Rache solche Unthat verübet / mit
Stänppen · Schlägen des Landes ewig zuverweisen.

§. 6. Enecans Per EXCESSUM MODERAMINIS
INCULPATÆ TUTULÆ; Hic etenim semper ex arbitrio
judicis pro qualitate culpæ, nunquam verò ordinariè plectitur.
*Const. cr. Carol. V. art. 142. circa fin. verb. Nemblich ist hierinnen zu
mercken &c. Gail. 2. Obs. 110. n. 15. Illustr. ac Subtiliss. Ictus Dn.
Pro-Cancellarius Strauchius Dissert. ult. aph. VII. Si verò mo-
deramen inculpatæ tutelæ observaverit, nulla planè coerceri
potest pœnâ l. 3. ff. de I. & I. l. 4. §. cum aries. ff. si quadrup. pauper.
feciss. C. fortitudo & c. non inferendo 13. quest. 3. item cap. 3. & 18.
Xiv. de Homicid. Id quod manifestè intendit Const. Cr. Carol.
art. 139. verb. Wer eine rechte Nothwehr &c. item art. 140. verb:
der mag sein Leib und Leben / &c.*

C A P. III.

De PERSONIS, QUÆ IMPUNE OCCIDI POSSUNT ob defectum Objecti habilis.

§. 1. **O**bjectum homicidii capax, (uti supra p. 1. c. 4. dixi-
mus) est homo cædem patiens, cujuscunque is sit
conditionis, statûs, ætatis aut sexûs. Si itaque illud vel naturâ
vel lege ita qualificatum, ut in istud actus violenter lethalis ca-
dere nequeat, tunc neque homicidium committitur, nec homi-
cida punitur arg. l. 25. ff. de furt. l. 3. §. 3. ff. Arbor. furt. cas. l. 4. ff. de
Sepulchr. viol. Quod prius verum est quando occiditur.

§. 2. **MONSTRUM**, quod contra hominis formam
perverso more progenitum est, visu vel vagitu novum, non hu-
manam sed alterius animalis præferens figuram l. 135. ff. d. V. S.
& homo non est l. 14. ff. de Stat. hom. l. 3. C. de posth. hered. Inst. Dn.
Struv. Exerc. 3. th. 4. proinde per illius enecationem nemo ho-
micidium committit, nec pœnam L. Corneliæ incurrit. Gotho-
fred. ad d. l. 135. ff. de V. S. Si tamen forma hominis & vestigium

D

ratio

rationis præluceat, ut testimonium divini iudicii servandum erit *Besold. in Oecon. ad T. 5. & 6. lib. 1. ff. q. 20. n. 2.*

§. 3. Ex legis dispositione objectum interdum ad homicidium patiendum etiam inhabile est, hinc impunè occiditur **BANNITUS**, qui per illatam sententiam omnium offensionem est expositus, tali consuetâ formula: *Wir denunciiren und erklären ic. daß er auß dem Frieden in Unfrieden gesetzt werde / und sein Leib und Leben / wie eines Vogels in der Luft / sey gemein Jedermann Besold. thes. pr. verb. Vogelfrey. Et ejusmodi Bannitum interficiens nullam patitur poenam l. 3. §. fin. ff. ad L. C. de Sic. Gail 2. publ. c. 1. n. 20. & sqq. Ord. Cam. de ann. 1555. zu Augspurg p. 2. t. 9. §. So jemand/ibi, Sollen deß oder derselben Leib und Gut allermänniglich erlaubt seyn/und Niemand daran freveln oder verhandeln können oder mögen.*

§. 4. **FUR NOCTURNUS** impunè necatur per text. *Exod. 22. v. 2. si parci eo absque periculo non potest l. 9. ff. ad L. Corn. de Sic. c. 3. xtr. de Homicid. Wesenb. ad d. r. ff. n. 20. Imò & Fur diurnus impunè occiditur, si se telo defenderit, ut tamen utroque casu cum clamore id testificemur l. 4. ff. ad L. Falcid. Illustris ac Magnificus Dn. Pro-Cancellarius Seranchius Dissert. 19. aph. VI.*

§. 5. **ADULTER** à patre vel marito in turpitudine deprehensus *l. 20. 23. & 24. ff. ad L. lul. de Adule. Const. cr. Carol. art. 142* So jemand einen unkeuscher Werck halber/ic. & 150. ibi. Es sind sonst mehr Entleibungen/die etwa auß unsträfflichen Ursachen/so dieselben recht und ordentlich gebraucht werden / als da einer Jemand umb unkeuscher Werck willen / die er mit seinem Eheweibe oder Tochter übet / schlägt. Si in continenti occisio fiat *Vigel. ad C. C. Concl. d. art. Ratio est, quia motus primus justii doloris meretur excusationem; ast dum major ira deferbuit, consultò occidere non licet, sed Judici relinquendum judicium Tholosan. Syntagm. jur. lib. 36. cap. 6. n. 6. Zeithopff de jure occidendi prehensum in adulterio.*

§. 6. **AGGRESSOR**, qui vel nostræ vel nostrorum vitæ insidias struit. Nos siquidem defendere omnia jura permittunt, *l. 3. ff. d. l. & l. 48. ff. ad L. Aquil. Gail. 2. obs. 110. n. 9. Const. Cr. Carol.*

Carol. art. 140. Unde semper & quovis loco ac tempore seposito personarum respectu permissam ac licitam esse defensionem & inculpata tutelam *DD. ad l. 3. ff. de I. & l. tradunt.* Quod non tantum procedit, quando quis ad defensionem sui vel suorum cognatorum, sed & quorumvis in periculo constitutorum aggressorem occiderit. *Illustris ac Magnif. Dn. Pro-Cancell. Strauchius Dissert. ult. aph. VII. D. Richter. Decis. 21. n. 5. Const. cr. Carol. art. 150. Confer. Pra-Nobiliss. Dn. D. Nitzschius d. Diss. cap. X. pag. 66. lit. H.*

§. 7. **CAPIENDUS**, si violenter & acriter in captura resistat ac armis se defendat, *Const. Cr. Carol. d. art. verb: So Jemand einen von Amtes wegen zu fassen gebühret* & tunc enim lictores s. officiales de homicidio non tenentur, & ab omni poena immunes sunt, quia officii necessitas eos à dolo excusat, & quia nullo alio modo maleficus capi potest, *Gail. l. c. n. 4. & 1. Obs. 90. n. 5.* præsertim si officiales mandatum habeant, ut illum vel vivum vel mortuum exhibeant. *Sollen ihn todt oder lebendig bringen. Obrecht tr. de Necess. defens. c. 6. n. 48.*

C A P. IV.

Exhibens

Personas immunes à poenâ homicidii ob defectum subjecti.

§. 1. **S**ubjectum homicidii est homo cædem inferens. Ubi-Scunque igitur delicti subjectum deest, ibi etiam poenam deesse necesse est. Deest autem subjectum iterum vel naturâ vel lege. Naturâ deest in re inanimata, ut in **ÆDIFICIIS** &c. per ruinam homini mortem inferentibus, de quibus supplicia sumi non possunt, nisi crudelitas delicti etiam destructionem ædium &c. requirat, quo facilius indigna memoria sceleris aboleatur *c. 5. de poen. in 6.*

§. 2. Lege quoque deest subjectum ad perpetrandum homicidium, & ideò nulla tenetur poena, quando **MAGISTRATUS FACINOROSOS PUNIT.** Huic enim incumbit & à **DEO**, Justissimo iudice, seriò mandatum est, capitale supplicium irrogare sontibus. *Genes. 9. v. 6. 1. Pet. 2. v. 14.*

§. 3. **MI-**

§.3. MILES cum Hostem publicum occidit. Hunc enim de Jure Gentium *Hug. Grot. l. 3. d. 7. B. & P. c. 4. §. 5. Civili l. 3. ff. in fin. ad L. Corn. de Sic. Canonico C. Miles 23. quest. 5. occidere sine peccato licitum est.*

§.4. Impunis tandem est ENECANS PER JUSTUM MINISTERIUM *c. cum homo 23. q. 5. Const. Carol. art. 150. ut est carnifex, qui plane in nullo tenetur, quia exequitur sententiam judicis, & sic reo mortem infert, ad quam legitime condemnatus est. Damb. in pr. cr. c. 151. n. 5. quapropter non opus erit, carnificem à reo plectendo condonationem exorare, cum fungēs suo officio nemini faciat injuriam. Sicut etiam B. noster Lutherus in Postill. Ecclesiast. sup. Evangel. Dom. 4. post. Trin loquitur: Meister Hans soll nicht sagen zum übelthäter/dem er sein Recht thut/wie sie doch pflegen / lieber N. vergib mir was ich heute an dir thun werde; denn warumb will er so sagen/thut er doch recht daran/darumb darf er keines Bergebens/welches allein auff die Sünde und das Ohnrecht gehet/dann sein Ampt ist/das er ohnrecht soll straffen/et.*

Multa quidem adhuc essent in hac profundâ & acutâ materiâ pertractanda, sed ob paginæ ac temporis angustiam hîc subsisto, Benevolum Lectorem autem etiam atque etiam rogatum volo, ut, si quædam minus comptè posita videat, memor sit illius Nostri JUSTINIANI: Omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quàm mortalitatis esse *l. 2. §. 14. C. de Vet. Jur. Enuc.*

D E O

interim

*Omnipotenti, benignissimo Vitæ Domino &
Vindici Homicidii justissimo sit*

LAUS ET GLORIA
PERENNIS.



WMA

ULB Halle 3
003 932 508








B.I.G.

Farbkarte #13

174.

7.

1678, 10

9.
22

DISPUTATIONEM JURIDICAM INAUGURALEM

DE

HOMICIDIO,

PRÆSIDE

SOLODEO,

EX INDULTU

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIOSO,

IN

CELEBERRIMA CATTORUM GIESSENA

PRO

LICENTIA

Summos in utroque Jure Doctoratus Honores & privilegia ritè ac legitime capessendi,

SOLENNI PROCERUM ACADEMICORUM CENSURÆ

IN AVGVSTO ICTORVM AVDITORIO

Ad Diem XVII. Decembr.

submitis

JOHANNES CASPARVS WILHELMI,

ISENNACO-THURINGVS.

Anno Christianæ Salutis

cIo. Ioc. LXXVIII.

G I E S S A E

Ex Chalcographico KARGERIANO, M DC LXXVIII.

